Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



10

et uiuite et ambulate
per uias prudentiae;
Qui erudit derisorem
ipse sibi facit iniuriam;
et qui arguit impium
generat maculam sibi;
noli arguere derisorem ne oderit te;
Argue sapientem et
diligit te; da sapien
ti occa
sionem;
et addetur
ei sapientia;
doce iustum et
festinabit accipere;
Principium sapientiae
timor domini et scientia
sanctorum prudentia; per
me enim multiplica
buntur dies tui et ad
dentur tibi anni uitae;
Si sapiens fueris tibimet
ipsi eris; si inlusor solus
portabis malum;
Mulier stulta et clamo
rosa
plena que inlecebris
et nihil omnino sci
ens; sedet in foribus
domus suae
super sellam in excelso
urbis loco; ut uoca
re transeuntes
per uias et pergentes iti
nere suo;
Quis est paruolus de
clinet ad me; et subdor
di locuta est a qua
furtiuae dulciores
sunt et panis absconsus
dulcior;
et ignorauit quod gigan
tes sint ibi et profundi
inferni conuiuae eius.
PARABVLAE
SALAMONIS
Filius sapiens
laetificat patrem;
filius uero stultus
maestitia est matris suae;
non proderunt thesau
ri impietatis iusti
tia uero